

Cum uenerimus dicit. domne qui temptationes utiliter infert conuerte bellum quod patitur frater ille in hunc senem ut experimentum in senectute sua discat quod longo tempore non didicit. quatenus compatiatur his qui huiusmodi temptationibus perturbantur; qui cum orationem complesset. uidit aethiopem stantem iuxta cellam. et sagittas mittentem contra senem. quibus quasi perforatus statim tamquam ebrius a uino huc atque illuc ferebatur. et cum non posset tolerare. egressus e cella eadem uia qua et ille iuuenis ad saeculum redierat. Abbas uero apollo intellegens quod factum erat occurrit ei et accedens ad eum dixit. ubi uadis. et quae est causa turbationis tuae. Ille autem sentiens quia intellexerit sanctus quae ei euenerant. prae uerecundia nihil dicebat. Dixit autem ei abbas apollo. reuertere in cellam tuam et de cetero agnosce infirmitatem tuam et habeto apud temet ipsum quia aut ignoratus sis hactenus a diabolo aut contemptus. propter quod nec meruisti ire cum uiris strenuis uirtutem habere contra diaboli luctamina; quid autem dico luctamina. qui nec uno die aggressionem ipsius portare potuisti. hoc autem contigit. quia iuuenem illum a communi aduersario inpugnatum suscipiens. cum debuisses contra diabolicum certamen consolatoriis uerbis unguere et eum in desperationem misisti. non cogitans illud sapientissimum praeceptum.

A. D. 819. — Vitae patrum. Karolingische Minuskel.
Brüssel, Bibliothèque Royale, Ms. 8216—18, fol. 85.



rhenum incolunt. per territorios senserunt. insecuti magnum ex his numerum occiderunt. Caesar una aestate duobus maximis bellis confectis maturius paulo quam tempus anni postulabat in hiberna in sequanos exercitum deduxit. hibernis labienum praeposuit. ipse in citeriorem galliam ad conuentus agendos profectus est. Julius celsus constantinus uc legit C. Caesaris C. F. belli gallici liber I explicit.

INCIPIT LIBER SECUNDUS;

Cum esset caesar in citeriore gallia in hibernis. ita uti supra demonstrauimus. crebri ad eum rumores afferebantur. litteris que item labieni certior fiebat. omnes belgas quam tertiam esse galliae partem dixeramus contra p R coniurare. obsides que inter se dare; coniurandi has esse causas; primum quod uererentur ne omni pacata gallia ad eos exercitus noster adduceretur; deinde quod ab nonnullis gallis sollicitarentur. partim qui ut germanos diutius in gallia uersari noluerant, ita p R exercitum hiemare atque inueterascere in gallia moleste ferebant; partim qui mobilitate et leuitate animi nouis imperiis studebant; ab nonnullis etiam quod in gallia a potentioribus atque his qui ad conducendos homines facultates habebant uulgo regna occupabantur qui minus facile eam rem in imperio nostro consequi poterant; his nuntiis litteris que commotus caesar duas legiones in citeriore gallia nouas conscripsit. et inita aestate in interiorem galliam qui deduceret quintum pedium legatum misit; ipse cum primum pabuli copia esse inciperet. ad exercitum uenit; dat negotium senonibus reliquis que gallis qui finitimi belgis erant. uti ea quae apud eos gerantur cognoscant. se que de his rebus certiorem faciant;

Saec. IX. ineunte. — Caesar, De bello gallico. Karolingische Minuskel.
Paris, Bibliothèque Nationale, Ms. lat. 5763, fol. 14.



License: public_domain – Various Locations, Generic Collection, , Tafel 51 – Franz Steffens, Lateinische Paläographie (https://fragmentarium.ms/view/page/F-12v1/7415/59998)